¶ Dignus & indignus, plenus, vacuus, inanis, onustus, & similia, ablatū asciunt, de q̄bus s̄a sup̄ diximus, & alijs modis q̄bus nomē constructū cū ablatō, & cū ḡtō. Opus est (autore Diome.) apud veteres inuenit̄ cū oibus casibus p̄ter vtm̄, velut opus est mihi hæc res, huius rei, huic rei, hanc rem, & hæc. Ci. Vtm̄ & opus est & cura vacare & negotio. Plau. in. 2. ca. s̄a maritimi milites opus sunt tibi. Proptius. Pierides magni nūc opus oris erit. Oui. Casus inest illic, hic erit artis opus. Apud Noniū. Opus est illā rē, p̄ illā rē. Plaut. in Cist. Malū aufer, bonū mihi opus est. Sic vsus est ap̄d veteres Plau. in Amph. Vbi summus imperator. nō adest ad exercitiū citius q̄ nō factō est vsus sit q̄ quōd factō est opus, p̄ vtroq̄ grāci dicūt χερσὶν ἔχω. i. opus vel necessitatē habeo. Nos autē (vt idē docet Diome.) nō dicimus opus habeo, sed opus est mihi. grāca igitur figura dictū est illud, dñs opus habet his.

¶ Ablatiui ponunt absolute in designatione consequētiæ, q̄ grāci p̄ ḡtōs faciūt, vt deo ducēte elapsus est Aeneas. Bellāte Troiano victi sunt parthi. Ideo in designatione consequētiæ, quia hm̄i ablatōs necessario aliqd̄ consequitur, vt p̄fectus sit sensus, vt sole ascendente factus est dies, quid est? nisi q̄d ascensionē solis secuta est dies. Horū ablatōrū alter sit equēter est participiū, si non sit deficit sermo latinus (auctore Scauro) & participiū v̄bi substantiuū subaudiēt in illis. Iuue. Credo pudicitia Saturno rege moratā in terris. Plaut. Me suafore atq̄ impulsore id factū audacter dicito. Quinti. Laudariq̄ me puero solebat. Nullo timore hostiū castra irrupit, Nullis custodibus Palladiū ereptū est, Nullis insidijs palam victus est hostis.

¶ Interpretatur autē hm̄i ablatōs p̄ v̄bū addito aduerbio dū, aut aliq̄ eādē vim habēte, vt Augusto regnāte natus est Christus. i. quū, vel dū Augustus regnaret. Boni mores colebant me puero. s. ente, id est, quū ego essem puer.

¶ Quicq̄ solus ablatū ponit absolute, vt Fulgurante timea, tonāte oues abortū faciūt, iuuēcus. Sed Maria audito Christū venisse cucurrit. i. quū audisset. Salsus. Audito regē in Sicilia tendere. Sil. Auditoq̄ furens socias nō defore vires Apul. in. 7. Cognitoq̄ quosdā, imo p̄o fortissimū quēq̄s adoppetisse. i. quū cognouisset. Ita, compto hoīem mendacē esse nō credidi, i. quū comperissem. Hæc locutio elegans est & apud idoneos auctores frequens.

¶ **C**oordae autē debet hōi abli si alter adiectiō sit tribus accidētibus. Si **yo**
 vtrūq; substantiū, est appositio. Absente nobis, & p̄sente nobis, p̄ absentibus
 & p̄sentibus nobis veteres dixerūt. Donatus ait. aut archaismos figura est ab-
 sente nobis, p̄ absentibus nobis, aut p̄positiōne ponit absente, ac si diceret clam
 nobis. Terē. Nescio quid profecto absente nobis turbatū est domi. Plau. Neq;
 nobis p̄sente quisq; aliquis ausi sunt. Pōponius Arelanaz scriptor. Quid enī
 apud forū p̄sente testibus mihi vēdidit. Neuius Volumus dona dare pulchra
 p̄sente oibus. Accius. Est res aliqua q̄ p̄sente his prius natura instiuit.

¶ De pronominum constructione.

Pronoia quia loco noim ponunt eorū seruāt cōstructionē, vt sicut dici-
 mus. hō laudabilis fortitudine. ita ille laudabilis fortitudine, vt luuenis
 bonæ indolis vel indole, ita hic bonę indolis vel bona indole. Tu modicę
 fidei vel modica fide. Plau. Tu cano capite amas senex negligime.

¶ **G**enitiui primitiuorū mei, tui, sui, nostri & vestri, construunt cū noibus qñ
 passio significat, vt amor mei, non est amor meus, q̄ scilicet amo aliū: sed est a-
 mor alterius in me, quo. s. amor ab altero. Ita desiderium tui, nō est desideriu
 tuū, sed alterius de te quo tu desideraris. & Memoria sui, non est memoria sua
 sed memoria de se. Possunt huiusmodi simul connecti, vt nostra memoria tui
 indelebilis erit. s. quā nos habem⁹ de te. Ita Accusator mei, a quo accusor: laus
 tui laus de te, non tua. Fastidiū sui, fastidiū de se. Pli. li. xij. Nulla est voluptas
 q̄ non assiduitate sui fastidiū pariat. Fabius. Vim sui relinquūt. i. vim ex se, nō
 suā. Luca. Exemplūq; mei, de me. Sic aliud est Aliqd tui, & aliqd tuū: nā ali
 quid tui est aliqd ex te: aliqd tuū, est aliqd ex tuo. Ita nostri & nostrū, vestri
 & vestrū. nā alter grūs pluralis fecit passiuę, vt in medio vestri, vel nostri: alter
 possessiuę seu actiuę, vt aliquis vestrū, siue aliquis nostrū: qui duo gr̄i gaudent
 noibus distributiuis, aut partitiuis, vt nemo nostrū, vnusquisq; vestrū. nō ne-
 mo nostri, nemo vestri, aut cōparatiuis & suplatiuis. maior vestrū, maximus
 natus vestrū. Non recte igitur in euangelio Lucę translātū est: Quod autē in-
 tus est vestrū plenū est rapina. vbi vestri dicendū fuit nō vestrū: nā de ipsis ho-
 minibus loquitur dñs, non de eo quod est hoim. Indifferenter videntē dici. cau-
 sa mea & causa mei: melius tñ causa mea. Imago mea & mei. i. de me. Fama
 mea & mei. Mis & tis actiuę significantes antiqui gr̄i sunt q̄bus hodiē nō vt
 mur: sed p̄ eis, meus & tuus possessiuus.

¶ **P**ronomina partitiuę posita admittūt gr̄m multitudinis: vt hominū hi bo-
 ni illi mali: & volucrum hæc canit illa tacet.

¶ **D**emonstratiua cū substantiuę ponunt adiungunt gr̄o: vt hoc noctis, sub-
 audi tpe. Id ætatis sum vel ago, p̄ eo qd̄ est in ea ætate sum, vel eam ætate ago.
 Id tps. Ci. in Inuect. Quos ego iam multis & summis viris ad id tps̄ vetu-
 ros esse p̄dixerā. Pli. Iunior. Vide in q̄ me fastigio collocaris: quū idē mihi po-
 testatis, idē regni dederis qd̄ Homerus Ioui optimo maximo. Plau. Qui hoc
 noctis solus ambulē. Apul. Quid hoc noctis iter incipis. Idē verū eū hoc
 ætatis puer. sic & Attici τουτό της ηλικίας p̄ huius ætatis vel hæc ætate. Idē.
 Illud horæ memini me terra dehiscente ima tartara prospexisse. pro illa hora.
 Multa est copia talis locutiōis apud veteres scriptores. ita huc accedit illud ma-
 li. Item id loci. eo loci. eodē loci. p̄ in eo loco. Salu. in Catilina. Postq̄ ad id
 loci legati cum Volturtio venerunt. pro ad eum locū. Cor. Tacitus. Nō eo lo-
 ci res suas agi. Val. Maxi. Fuerat eodē loci. p̄ in eo & eodem loco. Pronomi-
 na enī sunt nō aduerbia, q̄a scant sine motu. Idē etiā adsciscit dñm vel abliū cū
 p̄positione. Idem huic vel idem cum hoc. Horat. in arte. Inuitum q̄ seruat idē
 facit occidenti, idem quod occidens.

¶ Reciproca.

¶ Pronoia sui, sibi, se, suus, sua, suū, nō nisi reciproce ponuntur, hoc est, vt reflectant ad id qđ p̄cessit in eadē parte orationis, aut annexa p̄ copulā. vt ille sibi placet. Petrus odit suos, rogat vt suo faueas filio. Cauendū autē ne reciproca p̄ nō reciprocis ponamus, aut e diuerso, ne dicamus, ego dixi sibi, p̄ ei. Vñ in vita Vergilij (siue Donati siue cuiuspiā alterius est) vitiose legit, de Vergilio. Voluit etiā eius ossa Neapolim transferri, p̄ sua ossa. Ibidē. Quod quū magister stabuli Augusto recitasset, duplicari sibi in mercedē panes iussit, sibi, p̄ ei. Ita in Psal. male translātū est (certe nō ab Hieronymo, vt sentit Valla) A gloria eorū expulsū se, p̄ a gloria sua. & iterū. Qui exacuerūt vt gladiū linguas eorū, p̄ linguas suas. & pluribus in locis inuenias hunc abusum summopere vitandū, in quē prolapsi sunt interpretes factorū librorū decepti græca figura. Nā quū pro vno *aut v̄* dicere liceat, tū suus, tū eius, tū ipsius, tū illius, nō tū quodlibet vbiq; dormitās, & negligēs interpres qñ hoc, & qñ illud competat, nō dispectit. Vide Vallā in libello de reciprocatione sui & suus.

¶ Possessiuā pronomina.

¶ Possessiuā pronoia, licet adiectiuā sunt construunt tū aliqñ cū ḡtō, & præsertim cū his, vnus, solus, ip̄sius, cuiusq;. & sicut vnus, ita duorū, triū, quatuor oim̄, paucorū, ipsorū, & cū ḡtīs participiorū. vt in tua ipsius arena te supero, tuū solius ingentū admiror. Ci. Dico mea vnus opera reimp̄ liberatā. Quint. Deinde quū satis vires eorū explorauerint, suæ ipsorū fiducia p̄mittūt. Livi. Noster duorū euentus ostendit, vtra gens bello sit melior. cuiusq; ferē nō iungitur, nisi cū pronoie suus, vt Velle scire, que sit sua cuiusq; sententia. Discretio, nis quoq; causa suus iungit cū ḡtō possessoris, vt Suus est Homeri mos. i. proprius ipsius Homeri, & nō alterius, & ita suus p̄ vnus, cuiusq; proprio accipit, vt in illo Vergilij. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Terē. Suus cuiusq; mos est. Itē. Refert mea folius, nō mei folius, tū bene, Gerit curā mei folius, & nō, meā folius, vt ex supradictis perspicuū est. Ideoq; nō inepte Cicero ad Curionē. Eam autē vnus tui studio me assequi posse confido, vt sit studio tui, pro amore, & fauore aliorū erga te. Valla tū (quasi sit locus deprauatus) sic corripit. Eam rem tuo vnus studio me assequi posse confido. Sic Terentiū. Hæm tot mei folius solliciti sunt causa, vt me expleant.

¶ Ḡtū participiorū construunt cū his, vt Exaudi vocē meā clamantis. Ouid. Vt mea defunctę molliter ossa cubēt. Nimis licenter in eplā Oenones ad Paris dē dixit. Et flesti, et n̄ros vidisti flentis oculos, n̄ros p̄ meos, flentis, p̄ flentiū.

¶ Et licet recte dicamus, mea vnus opera, meū solius studiū, nō tū meū Laurentij studiū, suū Prisciani prediū, sed meū est studiū, q̄ sum Laurentius, prædiū suū, q̄ est Priscianus. Respuūt enī hm̄ōi possessiuā confortiū substantiuū, auctore Valla, quare minus recte dicitū est illud Pauli ad Corinthi. Salutatio mea manu Pauli, qđ ad ybū sumptū est e græco ὁ ἀσπισμὸς τῆ ἐμῆ χειρὸς παύλου. Et iā (eodē auctore) primitiuorū ḡtū mei, tui, sui, n̄ri, & v̄ri nullū substantiuū in confortio suo sustinet, male igitur Priscianus. Mei Prisciani eges, tui Prisciani eges, p̄ mei q̄ sum Priscianus eges, tui egeo, q̄ es Priscianus.

¶ Mer, p̄te, ce, te quibusdā, pronoibus addunt ad vim scationis intendendā, vt apud aticos, i. meo p̄te ingenio bonus, suapte natura malus, ego me feci, tute fecisti, huiusce, hifce, hosce.

¶ De constructione obliquorū post verbū.

¶ Verbum cum genitiuo.
V Erbū substantiuū quoties sit possessiōne constructū cū ḡtō, vt dñi sum, hic equus est regis, hæc domus est patris mei, & qđ ad laudē, vel vituperationē dicit, ille est magni animi, est breuis stature, vel statura,

¶ Aut quoniam significat officium est, vel ad aliquid pertinere, & id fere impersonali-
ter. ut Regum est temp. moribus ornare & armis tueri. Prudentis est ad multa
connuere, multa dissimulare. Non est in factionis, hec recentere. Non est huius
loci, atque temporis. Moris est, & mos est. Iuris est, & ius est. Officii est, & offi-
cium est, pro eodem dicunt. Martia. Moris erat quondam festis feruare diebus.

¶ Hec duo impersonalia interest, & refert exigunt gratiam. Cice. Interest oim recte
agere. Non tam interest regis, quam totius reipublice. Refert oim in malos ante
maueri. Non tamen dicimus interest, vel refert mei, tui, sui, nostri, aut vestri. Sed loco
horum postulat ablatiuos mea, tua, sua, nostra, et vestra, quibus addit possessiuum cuius.
Cice. pro Plancio. Si quid mea minus refert, id te forte magis delectat. Idem. Sed
putat interesse sua me ad te quam sepiissime scribere. Plautus in Stichus. Tua quod ni-
hil refert ne cures. Cice. Id quod tua nihil referebat. Idem pro Murena. Ea cedes po-
tissimum datur crimini ei cuius interfuit, & non ei cuius nihil interfuit. In his pro-
naliter etiam ponunt. Quod autem potius postulat ablatiuos subminini generis, quam
masculini vel neutri. haec videtur ratio, quia (teste Prisciano) feminae in re, id est,
in utilitate, ut sit interest, quasi in re est, & refert quasi in refert, & interest mea,
id est, in re mea est, quae Plautus separatim ponit. Veniat nec enim in re est
mea, quod diceremus, nihil interest mea. Huius rationis non est impersonale
est. Non enim dicimus, est mea, tua, sua, sicut interest mea, sed est meum, tuum, suum,
nostrum, & vestrum. ut Non est tuum haec facere.

¶ Ad duntaxat praeterea hi gratiam tanti, quantum, tantidem, quantumcumque, magni, parui. Plautus
in pseu. Nam quanti refert nec recte dicere, qui nihil faciat. Terentius. Illud permagni
refere arbitror. Idem ad Brutum. Permagni interest, quo tibi tempore haec epistola
la tradita sit. Plautus. Non pluris refert, quam si imbre in cribrum geras. Reliqua ad duntaxat
per aduerbia ad hunc modum. Minus me refert quam tua. Plurimum intererit. Nihil
interest. Cicero pro Plancio. Quantum interest vis ad rationem petendam. Hora. Inter-
erit multum Dauus ne loquat &c. Et per ablatiuum. Plautus in mustel. Pluma haud
interest. Luena. Paruo discrimine refert.

¶ Haec verba obliuiscor, recordor, reminiscor, recolo, memini, regunt gratiam, vel
accusum. ut obliuiscor doloris, et dolore. Tullius. Est enim stultitiae, proprium aliorum vitia
cernere, obliuisci suorum. In laudem Caesaris idem dixit. Qui nihil obliuisci soles, nisi
iniurias. Illud Vergilius. Nunc oblita mihi tot carmina, antiquae dictum est in pas-
sua scatione. oblita mihi. id est, a me. hodie non dicimus obliuiscor tibi, vel a te. sed
pro eo venio in obliuionem apud te, ut veni in suspicionem, pro suspectus factus sum
Vergilius. Si rite audita recordor. Cice. Ut bella a se gesta, triumphosque recordentur.
Idem pro Plancio dicit. De illis recordor. Recordatus est Petrus ubi dicitur, melius
tamen acco iungit. Reminiscere miserationum tuarum. Vergilius in x. Dulces reminiscit
agros. Recolo beatus Gregorius ponit cum gratia lib. 3. dialogorum. Quia dum malo
tui suorum recolit, pro his perpeti supplicia aeterna pertimescit. Memoror, pro recor-
dor hicaliqui connumerat. Valla dicit rarissime inueniri nisi forte apud aliquem
venerabilissimum poetam. Cicero tamen eo usus est, dicens. Sui oblitus, alij memoratur. &
Augustinus. Memoraberis domini dei tui. Item. Et memorari testamenti sui scripti.

¶ Memini. Vergilius in 4. Nec me meminisse pigebit Elysiarum. Idem. Numeros me-
mini, si verba tenerent. Memini illam rem (inquit Nonius) dictu facilius putat pluri-
mi, et id pro recordor. Meminit tui vel de te. id est, mentionem fecit, ut etiam (licet rarius)
recordatus est, sed pro mentionem fecit recusat accusum. Quintus. Neque omnino huius
rei meminit poeta ipse. Idem. De quibus multi meminerunt. Cice. pro Flacco. De
vi, de manu, de armis, de copiis memineritis. id est, recordemini.

¶ Nota. Memini tam cum praeterito, quam cum praesenti verbi in infiniti construitur.
Licet Agretius duntaxat construere vellet cum praesenti, Cicero lib. 1. de leg. Ego

memini summos fuisse in civitate nostra viros. Vergilius in Georg. Namque sub Oebalici memini me turribus altis Coricum vidisse senem. Tibul. Tunc me mini & puro secubuisse toro. Cicero ad Appium. Ad me adire quosdam memini. Idem. Respondi Metello ut debui, & memini me dicere. Plinius Junior. Ita certe ex Quintiliano preceptore meo audire memini. Verg. De coelo tactas memini praedicere quercus.

¶ Misereor, miseresco, dominor, & satago regunt g^m. misereor, & dominor etiam d^m. ut misereor tui, vel tibi, melius t^m misereor tui, quo modo Priscianus Romanos eloqui affirmat. Verg. Nil nisi misereor. Idem. Oro misereor laborum tantorum, misereor animi non digna ferentis. Plau. Nemini misereor certum est, quia mei misereor nemo. Statius in .i. Thebaidos. Et generis miseresce tui. Dominor variat constructionem. dicimus enim, dominor eorum, vel eis, vel in eos, vel in eis. Reges gentium dominant eorum. Verg. Victis dominabitur argis. Mors illi ultra non dominabitur. Ovid. Et quod dominari in caetera possit Natus homo est. Cice. Fodix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Verg. Inventa danai dominantur in vrbe. Seruius, Sulpi. Ciceroni. Casus, & natura in bonis dominantur. Sarago. Terentius. Is quoque suarum rerum satagit. Apul. Satis agentes rerum suarum, eximieque trepidi. Est autem satagere, festinare, anxium, & sollicitum esse, discursare in actione rerum suarum. Unde Domitius Apher venulste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, non agere dixit, sed satagere. Plautus quoque absolute ponit. Plau. in A sin. Nunc satagit, adducit donum ei vitro, & scribit nummos. Abstineo cum gratia, & cum ablativo cum praepositione, & sine praepositione. Hora. lib. 3. car. Mox ubi iussit satis abstineto dixit irarum. Plau. A me ut abstineat manum, & abstineo me ab illo. Cicero in epistola. Qui me ostreis & murenis facile abstinebam. Iusti. Contentique victoria imperio abstinebant. Illae vero Maronis in .ii. Nec veterum memini, laetorve malorum. & Iustitiae ne prius mirer bellum in laborum, constructiones antiquae sunt, ex graeca figura defectivae ut subaudiatur, causa.

¶ Veteres frequenter g^m p ablativo usurpare solent, ut in istis, pendeo animi, crucior, recroor animi, excrucior, & discrucior animi, vel aio. Plautus in merca. Nimis diu animi pendeo. Cice. lib. i. de legibus. Et ego animi pendere soleo. Idem in .i. Tus. q. Quod si expectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur, & angimur. Plau. in Epid. Absurde facis, qui angas te animi. Idem. Cope rae ego me excruciare animi. Idem in Aul. Discrucior animi, quia ab domo abertis dum est mihi. Apul. in .5. Recreat animi. In quibus oibus Archaismus est, & tales locutiones frequentes sunt in eruditorum libris.

¶ Verba aestimandi.

¶ Verba aestimandi, ut sunt facio, & fio, pendo, cura, aestimo, habeo, duco, & sum, p aestimor gaudet genitivi, praesertim his magni, pluris, maximi, parvi, minimi, tantum, quanti, quanticumque, flocci, nauci, nihili, assis, pili, & similibus. Plau. Respicio vos nihili meae gratia facere. Idem. Flocci non fecit fide. Cice. in Philip. Imperitorum rumusculos & vituperonum linguas flocci non facio. Idem. Pompeium faciebam plurimum. Quanti facis meae parvi facio, magni facio. Catul. Non faciunt pili cohortem. Ovid. Non assis facit euntque recta. Terentius in Adelphis. Huius non facio. Fio Cicero Titoni. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tantum me fieri a te iudicabo. Idem. Demonstravit me a te plurimum fieri. Terentius. Aut ego istud factum nihili pendere. & passivae. Maximi penditur opulentia, sine hac nihil, vel pro nihilo penditur nobilitas, & parvi ducitur probitas. Cicero in Acad. q. ait. Quaedam pluris, quaedam minoris aestimanda. Terentius. Tu quid de me fiat parvi curas. Magni, vel magno pretio virtus habet.

Plau. Tanti est quanti fungus putidus. Salu. in Iugur. Nunc vos aestimate dicta an facta pluris sint. Hora. Hic ego pluris hoc inquam mihi eris.

¶ Aequi, bonique facio, p in bona parte accipio, & boni consulo, p in bona parte iudico, vel accipio, puerbiales locutiones sunt. Terē. Ceterum equidē istuc Chreme æqui bonique facio. Ti. Liui. Ne serpat latius contagio eius mali, nos æqui bonique facimus, quod videtur accipi eo intellectu, vt exponas, nō magni pendo. M. Tul. in epistola ad Atticū sine coniunctione decenter dixit, æqui boni facit. Apud Quintilianum est. Rogat boni consulas. i. boni iudices. Plini. Quod si feceritis boni consula. Ouid. Quis pauca damus consule poma boni. & Apul. lib. 7. Optimi consule, dixit.

¶ Verba commerciorū significatiua regūt solū hos grōs tanti, quanti, tantidē, quantilibet, quantiuis, quanticūq; pluris, et minoris qm ponunt sine substantiuis. Nā cū substantiuis ipsa, & cetera precij vocabula, vel in abltō, vř p aduerbia ponunt. Hinc dī v̄ba sunt emo, vendo, reuendo, mercor, commecor, diuendo, venundo, veneo, prosto, aestimo, taxo, indico, addico, distraho, inscribo, licitor, licere, conduco, loco, pacifcor, pango, constat, valet. Et quecūq; alit quid mercede, vel præcio facere, vel fieri scant, vt Minoris reuendes, q̄ emisisti, Quanticūq; locabis prestiterit vendidisse. Hora. Orizę quanti empre paruo, quanti ergo, octullibus. Terē. Mulierē tantidē emptā poscit sibi tradier. Itē tantidē tibi tradā. Plī. Qui frugiferas tanti taxauerāt. i. tanto precio aestimauerāt. Per abltm̄. Iuue. Quanto metiris precio. Terē. in Eunu. Quid agis nisi vt reddi mas captū q̄ queas minimo, & si nequeas paulo, at quanti queas. Quod asse, vel minimo emisisti, magno, plurimo, duplo, dimidio, nimio reuendes. Verg. Vendidit hic auro patriā. Hora. Fiet eritq; tuus nummorum milibus octo. Paruo, vel nihilo constat. Ouid. Stat mihi nō paruo virtus mea. Verg. Hoc Ithacus vellet, et magno mercens Atridę. M. Varro. Venit, ppter penuriam magno In li. Dig est. Sed aestimandū fundū quanti valet. Plī. ita vt scrupulū valerit se, sterijs vicenis. Plau. in Bac. Pacifici cū illo pauca pecunia potes. Idē. Ducentis philippis rē pepigi. Per aduerbia hoc modo dicimus. Percare locauit ædes. Carius emit oleū, q̄ vinū. Carissime constat, qđ precibus emptū est. Vilius emit caro, q̄ pisces. De alijs v̄bis q̄buslibet, q̄bus nomē, vř aduerbiū precij apponit ad hūc modū exempla. Iuue. Tenta Chryfogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Idē. At ideo pluris Paulus, q̄ Collus agebat. Plī. Neminē docuit minoris talento. Itē. Magno pransumus, pluris, minoris, vř vilius coenabimus.

¶ Accusandi, & Absolucndi verba.

¶ Verba ad accusationē, damnationē, absolutiōē p̄tinentia, et consimilia, p̄ter accm̄ p̄sonę patientis asciscūt sibi gūm, vel abltm̄ criminis, vel poenę, hinc dī verba sunt accuso, inculso, in simulo, criminor, defero, accerso, postulo, suggillo, noto, taxo, calumnior, admoneo, commoneo, oppugno, arguo, castigo, conuincio, reuincio, ago, damno, condemno, absoluo, et quecūq; similia. Horū passua construunt cū solo grō, vel abltō, & sæpe addit p̄positio de, etiā actiuis, vt accuso te furti, vel furto, vel de furto, & accuso te illi, apud illū, & corā illo, Terē. Hic furti se alligat, hoc est, v̄bis suis ostendit se furatū esse. Plau. in poen. Furti se astringit, scilicet quia plectet, p fure, q̄a furē occultū detinet. Idē. Qui alterū inculsat probri ipsūm se intueri oportet. i. arguit, etiā cū solo accō. Casar. in com. Vehementer eos inculsavit. i. arguit, reprehendit, qđ plerūq; cū querela fit. Tacitus intemperjē cœli inculsantes. Terē. Si herū in simulabis auaricie male audies. Cice. in Anto. Probri in simulasti pudicissimā foeminā. i. accusasti de stupro & adulterio. Hierony. Qui alterum mendacij criminaris, desinas ipse mentiri. Itē. Criminatus est furti, cū plagij teneret. Tacitus. Matetatis delatus.

est. Tulli. in Rhet. ad Herē. Exercitiū eduxit, impedimenta reliquit, accersitur
maiestatis. Suet. Cornelii Dolobellā repetundarū postulauit. i. accusauit. Idē.
Qui postulabat iniuriarū. Expostulo vero alterius rationis est. Nā dicimus,
expostulas tecū de nō seruata fide, & nō seruata fidē. Nihil habes qd tecū ex-
postules. Terē. Sed qd agā, ad eā ne? & cū eo hāc iniuriā expostule. Cice. filius.
Lenis, & facilis a te exultimari debeo, q nihil tecū de rebus ipsis expostule, &
absolute. Apul. in. 5. Lachrymantē complexus sic expostulat. i. conqueri, accu-
sat. Expostulamus aut quū querelā deponimus, vī apud amicos, vī apud illū
ipsum, q fecit iniuriā. Sugillas herū parsimonie. A. Gelli. Notabat impolitiae.
Notarus infamia. Infamas illū in scitiē. Notas libidinis, vel de libidine. Suspe-
ctū habes perfidie, vel de perfidia. Taxat Catilinā ambitionis. Calumniat ma-
lestici. Salust. in Catil. Admonebat aliū regestatis, aliū cupiditatis suae. & cū
ablō intercedente prepositione de. Cice. De quovos paulo añ admonui. Salu.
Piso oppugnatus in iudicio pecuniarū repetundarū. Plau. Ecū video, q me
miserā arguit stupri, dedecoris. Laeta. Quē errati piget, castigatq; seipsum de-
mentie. Cice. in Rhet. Maiores nri si quā vnius peccati mulierē damnabant
simplici iudicio maleficiorū multorū coniunctā oportebat. Itē reuincā te per-
iuri. Cice. Tironi. Sceleris condemnat generū suū. Idē. Condemnabo ego e-
dē te crimine. Fabius Quint. Proditionis damnatus cū aduocato exulit. L. iui.
Sed nequa q tū relicti est, quantæ summæ damnatus est. M. Tul. in. 1. Philip.
Altera pmulgata lex est, vt de vi, et de maiestate damnati ad populū puocēt,
si velint. Idē in. 2. Liciniū Lentulā de alea condemnatū collusorē suū restituit.
Idē in. 8. Ego nolo quenq; committere, vt morte mulctandus sit. Plau. in bac.
Qui misere male mulctabere quadringentis philippis aureis. Pleriq; etiā mul-
to sine e scribū. Plau. in Milite. Quē pol ego capitis perdā.
¶ Ago variat. Nā dicimus, ago reū parricidij, & agam tecū iniuriarū. Cicero.
Perinde ac si furti cū eo egisset. Agere iniuriarū est de iniuria conqueri, & accu-
sare. Peragere vero reū dicimus, quod est condemnare. In li. ff. ad legē Iuliā de
adulteris. Peregisse aut reū nō alias, quis videt, nisi et condemnauerit. i. ad con-
demnationē perduxerit, quod est accusatoris, nō iudicis. quo pacto et condena-
re accipit in illo euangelico. Viri iniuriarū, consurgunt in iudicio cū genera-
tione ista, & condemnabūt eā.
¶ Absoluo. M. Fullius. C. Caelius absoluit iniuriarum eum, qui Luciliū poe-
tam in scena nominatim leserat. Purgauit se criminis obiecti, vel de crimine
obiecto. Hora. Et miror morbi purgatū te illius, & Laudo huius rationis in-
uenitur. Iustinianus lib. 3. insti. Laudamus quidē pretores suae humanitatis.
Itē. Laudauit dñs villi cū iniquitatis.
¶ Si non fuerit propriū criminis vocabulum ponitur duntaxat ablatiuus cum
prepositione, vel sine ea. vt Hic sumipuit rem sacram de prophano, tenetur ne
facilegri, an furti, an vtroq; non vtriusq;. Accusare hunc potes vel furti, vel sa-
cilegri, vel de vtroq;, vel de altero, vel de ambobus, non amborū. Ita Accusa-
ris de pluribus, nō pluriū.
¶ Verba implendi, & conerandi, & contraria his, vt priuationē significantia,
Abundo, impleo, egeo, indigeo, scateo regunt gēn vel abltū. Reliqua potius
abltū, & quæ transiua sunt simul accū personæ patientis. Passiua eorū solo
gēnō vel abltō contenta sunt. vt Lucilius apud Marcellū. Quarū abundemus
gēnū, & quatiū indigeamus. Melius tū cū abltō. Teren. Amore abundat Antis-
pho. Sic eius participiū apud Cice. Mulier abundans audacia. Verg. Impleuit
q; mero paterā. Idē. Impleuit veteris bacchi, pinguisq; ferinae. Status in Achil.
Mutur hōmonia magni, qui pelea facti impleat. Idē. Impleuerūt duo decim.

cophinos fragmentorū, potius dixissem fragmentis. Interdū addit prepositio de. vt Impleui nauē de omni genere frumenti. M. Tulli. de oratore. Querebat cur de procemijis, et de epilogis, et de huiusmodi nugis referti essent eorū libri. Hic nequaq̄ sine prapositione licuisset loqui. nō enī libri illi referti sunt procemijis & epilogis, sed præceptis procemiorū, & epilogorū. sic nō impleui nauē omni genere frumenti, sed de omni genere frumenti, sic vt impleta sit frumentis, & de quolibet genere frumenti habeat aliquid. Terē. Vbi inuentā Pamphilum, vt metū in quo nūc est adimā, atq̄ expleā animū gaudio. Plau. Tui abentis ego. Hora. Eget aris Cappadocum rex. Laetan. Tantā esse innocentie vim, vt non egeat, nec armis, nec viribus. Qñq̄ absolute ponit. Plau. in Merc. Per nos herde egebit, qui suum p̄degerit. Scateo, A. Gel. lib. i. ca. 17. Xanthippe Socratis philosophi vxor morosa admodū fuisse fertur & iurgiosa, Iratūq̄, & molestiarū mulieribū per diem, perq̄ noctē scatebat. Careo nunc tantum abltō iungitur, veteres etiā cū gō, & accō consuebant. Cicero. Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Ouid. Quod caret alterna requie durabile non est. Teren. Omnes mihi labores fuere leues, præterq̄ tui carendū q̄ erat, tui pro te. Sic Nauis apud Gellium. Carendū tui est inquit. Plautus in Curcu. Quia id quod amo careo. Turpil. apud Nonium. Eos parentes careo. Cicero in Cato. Satiari delectatione non possum. Idem. Iracundiam meā saturo tuo sanguine. Apul. Sed ille libidine exaturatus facebat in grabatulo. Itē. Ingurgitauit se cibo. Obruit se vino. Onerauit nos curis. Exonerauit metu. Liberauit puerperam dolore. Abdico filium domo. Priuo malā dignitate. Fraudolatronem deposito. Mors orbauit me liberis. Ego hoc te fasce, vel onere leuabo. Cice. Homines acquissimi, quibus te onerant mendacijs. Terentius. Emunxi senem argento. Vergi. Soluite corda metu, id est, libertate. Spoliauit illum vita. Nudauit omnibus bonis.

¶ Impersonalis a cum genitiuo.

¶ Poenitet, tædet, miseret, miserescat, pudet, piget construuntur cū accō, & gō. Verg. Nec te poeniteat pecoris diuine poeta. Tædet animā meā vitæ meę. & in præterito presum est me tui. Verg. Et quos presum magni incepti, rerūq̄ tuarū est. Et sine accō. Idē. Si nō pertesum ihalami, tedeq̄ fuisset. Seruius dicit esse participiū sine verbi origine. Suet. iunxit accō. Et quasi presus ignauā suā, q̄ nihil tū a se memorabile actū esset. Idē. Pertesum morū pueritate. Et (auctore Diomede) nec tædui, nec resum est dicere possumus, sed tantummodo pertesum composita figura quidā dixerunt. Pertedet tū etiā a Gellio ponit. Miseret. Cice. Miseret me infelicis familie. In præterito miserū est dicimus. Terē. Atq̄ in opis te miserescat mei. Pudet. Terē. Fratris me quidē piget, pudetq̄. Inter q̄ hoc interest, pudet verendie est, piget poenitentie, pudet quod turpe est, piget qd̄ dolet, et piget ad futuruū spectat, pudet ad præterituū. vñ dicimus piget me facere, pudet fecisse. Adde composita, vt dispudet. i. valde pudet. depudet nō pudet, suppudet parū pudet. Hæc verba etiā loco gōi construuntur cum infinito verbo, vt Tædet me vitæ, & tædet me viuere. Piget me laborū, & piget laborare. Verg. Nec te poeniteat calamo triuisse labellū. Iunguntur interdū soli gō per subintellectionē acci. Ouid. in trist. Poenitet ingenij, iudicijq̄ mei. Gelli. Sed iam verborū Senecæ piget.

¶ De genitiuo aduerbialiter posito.

¶ Nomina propria virbiū, oppidorū, vel pagorū primæ vel secunde declinatōnis singularis numeri in loco significantia construuntur cum quibuslibet verbis aduerbialiter in gō. Vixit Romæ. Studuit Louanij. Natus Colonie. Mortuus est Gandau. Cucurrit Romæ in campo martio. Si huiusmodi nomina

fuerint pluralis numeri tantū, vt' tertij declinationis ponunt in abltō, vt Socra-
tes docuit Athenis. Appollo dedit oracula delphis. Natus est Carthagine, se-
pultus Lacedemone. Plautus & Apul. Hæc fere semper ponūt in dtō. Plau.
Qui potuit fieri, vt Carthagini gnatus sis.

¶ Noia maiorū locorū & appellatiua ponunt in abltō addita prepositione in.
vt militat in germania. laborat in vinea. Nō nobis imitandū est illud in actis
apost. Ego sum vir iudæus natus Tharso Ciliciæ, dicendū erat Tharsi, vel in
Tharso, vel est græcæ. Nec illud. Apostoli & seniores fratres his q̄ sunt Anthio-
chiæ, et Syriæ, et Ciliciæ fratribus ex gentibus salutē. neq̄ sic ē in græco, sed apud
vř circa Anthiochiā, et Syriā, et Ciliciā. Nec illud. Huius rei gr̄a reliqui te Cre-
te, p̄ in Creta, vt habēt græca εὐκρίτη, hmōi quia grammaticè repugnāt. Licet
in vno aliquo loco forte reperias, nō continuo imitaberis.

¶ Instar ppriorū ponunt hæc appellatiua humi, domi, militiæ, belli. Verg. Qui
legitis flores et humi nascētia fragra. Iacet humi. Serpit humi. Salu. Igitur do-
mi, militiæq̄ boni mores colebant. Cice. in offi. Præterea quibuscūq̄ rebus vel
belli, vel domi poterunt temp. augeāt. Terentius etiā focū, p̄ in foco, in Eunu.
Domi, fociq̄ fac vicissim vt memineris. Et quæ rara sunt. Verg. Condidimus
terre, p̄ in terra. Idē. Sternit, & toto p̄iectus corpore terre. Silius. Præus togæ,
p̄ in toga, & in pace. Plinius in abltō. Vt dubiū sit togæ ne, an bello prestanti-
or fuerit. Apul. Simulachrū residēs ædiculæ, p̄ in ædicula. Idē. Conspexit iue-
nē residentē tonstrinæ, p̄ in tonstrina.

¶ Domi admittit adiectiua meæ, tuæ, suæ, nr̄æ, vr̄æ, alienæ. In rethoricis ad
Heren. Nonne maius sine periculo esse domi tuæ, q̄ alienæ? Sed alia nō admit-
tit. Nam domi publicæ, aut priuatæ, paternæ, aut maternæ non recte dicimus,
Sed in domo priuata, siue paternæ.

¶ Verbum cum datiuo.

OMne verbū acquisitiue positū exigit dūm significantē rem cui aliquid
boni malive acquiritur, aut fit. Cice. Quicquid erit, tibi erit. Tibi viuis
tibi canis. Terē. Si quid peccat filius, mihi peccat. Plau. Tibi aras, tibi
ocallis, tibi seris, tibi eidē metis, tibi denicq̄ iste pariet leuiā. Idē. Mihi
istie nec feritur, nec metitur. Oibus sapit, sibi nō sapit.

¶ Huius rationis sunt, quæ subsequuntur. Laboro tibi, vigilo tibi, pro pugno
tibi. Audio tibi, ausculto tibi, pro obedio. Sed aliud sunt Audio te, & ausculto
te, & plus est auscultare, videlicet, diligenter attendere. Hinc est illud Catonia,
nū. Auditis nō auscultatis tanq̄ pharmacopulam. Et bene audire, p̄ laudari,
& male audire, p̄ vituperari tam græcis, q̄ latinis vsurpatū est. Vnde Philip-
pus Macedonū rex dicere solebat. Regiū esse male audire, quum bene feceris,
& Cicero ad Atticū. Me idcirco putant bene audire velle, vt ille male audiat.
Recipio tibi, i. promitto. Timeo, metuo, formido tibi, id est, p̄ te, ne quid malū
tibi eneniat. Sed timeo te, ne mihi noceas. & timeo mihi abs te malū, & timeo
tibi malū. Iuue. Quū furem nemo timeret caulibus, aut pomis. Inuidet mihi,
et inuidet nobis foelicitatē nostrā. Imponit mihi, p̄ decipit me. Caue tibi, caue
tibi ab illo, caue ab errore, caue illum, & caue errore, & caue facias, & ne facias.
Do, commodo, mutuo, foenero, & foeneror, largior, confero tibi, & confero in
te, & multa contulit in me beneficia. Do mutuo, & mutuū. Plau. Si quis mu-
tuū dederit. Do commodato, do fidē, aliquid sancte p̄mitto. Dedit mihi v̄ba
decepit, frustratus est me. Dono tibi munus, dono te munere. Impartiam tibi
fortunas meas, & impartiam te fortunis meis. Teren. Pluima salute Parme-
nonē suū impartit Gnato. Aspersit me labe, & aspersit mihi labem. Intrauit
equo penulā, & intrauit equū penulā, Faueo, ignosco, indulgeo, & parco tibi.

Vitā, & fortunas meas debeo tibi. Valetudinē meā tibi acceptā refero. I. fateor me abs te accepisse. Cice. Vitā acceptā refert clementis tui. Nonnunquā etiā malū. Idē in. 2. Philip. Oīa deniq; q̄ postea vidimus (quid aut malū nō vidimus) si reiterationabimur, vni accepta referemus Antonio. i. imputabimus soli Antonio. Satisfacio, soluo, scribo, pro trado, & transfero, vt in illo Placci. Scribe de cē Nerio. Rescribo, pro rursus scribo. Quid. Nil mihi rescribas. Itē p̄ reddo seu remunero, & munero, et remunero, p̄ soluo, pendo, rependo, repono, p̄ reddo. Plau. in persā. Des mihi nummos sexcentos, quos p̄ capite illius pendē, quos continuo tibi reponā. Respondeo, p̄ satisfacio, vt Tuis beneficijs respondere nō possum. Facta nō respondēt dictis, i. nō conueniūt, nō sunt paria. Commodo, p̄ profum, incommodo, pro noceo. Si mihi commodare nolis, ne incommodes. Opitulor, profum, auxilior, patrocinator, adminiculator, adsum, subuenio succurro, subministro, suppedito, suggero. Medeor cū dō tū, vt medebor vultu neri tuo, i. sanitatē acquirā illi, sed medicor modo cū dō, modo cū accō. Gratulor tibi, gratulor etiā mihi, licet Valla aliter sentiat. Consulo tibi, do consilium. Consulo te, peto consiliū a te. Consule rebus meis, saluti tue honorī nro, i. prospice. Prospiciā mihi. Terē. Tibi, p̄spexi, & stultitię tue. Plinius Iunior. P̄tis vt fratris tui filij p̄spiciam maritū. Suadeo tibi, persuadeo tibi.

¶ Verba præceptiua & nunciatiua.

¶ Verba quę præcipiendi, & nunciandi scationē habēt postulat dūm. Præcipio tibi, vt legas. præcipio te legere, præcipio tibi legere, sic impero, & iubeo. Itē contraria veto, interdico. Interdico tibi consuetudinē cū malis. Iungit etiā abluīs. Plini. de illust. viris. Aqua, & igni interdixit ei, q̄ in leges suas nō iurasset. Ci. Male rē gerentibus patribus bonis interdici solet. Ius belli est, vt victores victis leges præscribāt. Dicta mihi iusiurādū. Verg. in. x. Principio socijs edicit signa sequant, i. cū auctoritate quadā iubet. Itē Mando, committo, delego, delegauit mihi hęc puinciā. Indico tibi bellū. Hora. Venti indico bellū. Gel. Ita postea ego bellū, & odiū niui indixi. Marti. Indixit coenā diues amica tibi, i. denunciauit se velle coenare tecū. In qua scatione Cicero ait condicere coenā, qđ præca sit qua est denunciare. Idē in. 5. Philip. Inimicitias mihi denunciauit. In eadē fere scatione. Designo, constituo, præstituo, præfigo. Constituit mihi terminū, præfixit mihi diē, & locū. Male temperat sibi, q̄ in rebus, aut expetendis, aut fugiendis rationis moderamē nō sequitur. Temperat temp. legibus, i. regit. Verg. Mollitq; animos & temperat iras. Moderat irā, moderat cupiditatibus, moderat habenas reip. id est, regit, gubernat.

¶ Nuncio tibi, renuncio tibi, i. nunciū refero, reporto. Renunciauit seculo, i. renouit, & cessit seculo. Plī. in epist. Quū iam pridē eiusmodi officijs renunciaisset hoc est, rennuisset, resignasset eiusmodi officia. cū dō & accō. Cice. in Verrinis actio. Iste vehementer incensus hospitū ei renunciat, domo eius emigrat, p̄ qđ & nunciū remitto dicimus, vt in li. Pandectarū de sponsalibus. Vlpianus. In potestate manente filia pater sponso nunciū remittere potest, & sponsalia dissolueret. Dico tibi, loquor tibi, & ad te, scribo tibi, & ad te, recenseo, narro, expono, explano, explico, aperio, indico, demonstro, commonstro, refero tibi, p̄ narro. Refero ad senatū, consulo senatū, aut ppono in senatu.

¶ Quę ad obsequiū, subiectionē, et repugnantia pertinet, similiter exigūt dūm. Seruio tibi, & seruiuo temporibus, inseruit amicis, inseruit suis commodis, obediō, pareo, obtempero, obsecundo, obsequor, morigeror, morē gero, ministro, supplico, famulor, ancillor, blandior, assentor, adulor, palpor, cedo, concedo, cedo tibi, cedamus imbris, et auctore Diomede recte dicimus, cedo possessionē, & cedo possessionē, ita cedere bonis, est discedere a bonis, et quęd nrm erat cre-

ditiori tradere. Consentio tibi & tecū. Assentio siue assentior tibi. Dissentio & dissentior tibi vel a te. ¶ Similiter yba differendi Distat huic & ab hoc. ita, Dif-
ferat, discrepat, discordat. Hora. Paulū sepultę distat inertię Celata virtus, Idē.
Nec sic enitar tragico differre colori. Idē in epist. Scire volā quantū simplex hi-
larisq; nepoti Discrepet, & quantū discordet parcus auaro. Q. tuinil. Cōfirmā
da vox est ne ab oratione discordet, & discordo tecum licet Aldus Manutius
neget recte dici. Cor. Tacitus. Cū quis æternū discordat, Ita dissideo tibi, a te,
& tecū. Pli. Adamas dissidet cū magnete lapide. Ci. in. x. Phil. Ex q̄ iudicare
debetis me nō cū homine solere, sed cū causa dissidere. Sed quia concordā &
discordo neutra absoluta sunt, non recte dicitur Concordabo vos, sed cōcorda-
bitis p̄ me. Ouid. Per me concordant carmina neruis.

¶ Repugnantię verba sunt.

¶ Refragor, obfisto, obfulto, officio, obfrepo, resisto, repugno, reductor, redamo
occurro, obuiio, obuiam eo, obuiam factus est mihi, aduersor, cōtrarior barba-
rum est. Pugno, certo, contendo, congregior tibi antiqui dixerunt gręca figu-
ra, hodie tecum dicimus, auctor Seruius, vt est in illo scitu digno prouerbio
δύσχερος δὲ θεοὶ μάχονται, i. ad ybū Necessitati neq; dij pugnat, qđ nos di-
cimus, cū necessitate vel aduersus necessitatē nec dij quidē pugnat. Virg. i. Pla-
cido ne etiā pugnas amori. Idē. Montibus in nostris solus tibi ceteret Amyn-
tas. Idē. Infelix puer atq; impar congressus Achilli. Hora. Vult & ait p̄p̄ya
mihi contēdere noli. Sed contendo abs te fecit vchemēter peto.

¶ Verba separādi, vt aufero eripio surripio adimo eximo amolior amoueo di-
moueo vello diuello subduco abduco cōstruunt cum dtō vel cum abltō inter-
ueniente s̄positione. Aufero tibi v̄ a te. Terē. Aufer mihi oportet. Virg. Tecę
his ait eripe flammis. Luca. Heu quantū fortuna humeris iam pondere fessis
Amolifonus. Exime mihi hunc scrupulū. Horat. in odis. Hic dies vere mihi
festus atras eximit curas. eximit mihi, p̄ a me. Idē. Corticē astrictū picē dimo-
uebit amphorę, p̄ ab āphora. Plau. Quid tibi surripui. Hora. Vtor p̄missio cau-
dęq; pilos vt equinę paulatim vello. Defendo, p̄ auerto, depello hoc modo
vtimur. Defendo tibi frigus, & defendo te a frigore. Virg. xgloga. 7. Solsti-
cū pecori defendite, iā venit æstas. Idē. Hic ego dum teneras defendo a frige-
re myrtos. & Q. Claudius apud Gd. Hostes defendebāt a pinnis facillime. Su-
p̄sedeo qđ Hieronymus dtō iunxit, dicens: Superfedendū huic labori cenfeo.
Sapius construit cū abltō sine s̄positione. Cæsar in cōmen. Prælio sup̄federe
statuit. i. omittere s̄lium. M. Tull. Sulpitio. Sup̄sed eas hoc labore itineris. i. o-
mittas ad me venire.

¶ Verba relatiua.

¶ Verba quę respectiue ad aliquid dicuntur, volunt habere dtū. Quod mihi
sapit, tibi nō sapit. qui tibi pater est, mihi patruus est. Platoni corpus est vox, i.
iuxta sententiā Platonis. Pythagorę fabis est anima.

¶ Huiusmodi multa sunt per compositionem: & fere composita cum his prę-
positionibus prę ad con sub ante post ob in & inter.

¶ Prę.

¶ Prępono Ciceronē Demostheni, est aliqd qđ huic pręndi vel pręxi possit.
Cice. Ego meis maioribus virtute p̄luxi, s̄poller, s̄nitet, s̄minet oibus. Pręstare
oibus, & oēs. Pręcellit oibus, & oēs. Pręcipuit mihi gloriā. Pręcuenio, p̄cedo
p̄curo, p̄uerto, & p̄uerto accm exigūt. s̄bibit tibi, & bibo tibi. Plau. in sticho.
Bibat tibi.

¶ Ad.

¶ Accedo tibi, vel ad te. Accedo tuę sententię, i. approbo, & in tertiā persona
vtriusq; numeri elegāter eo vtimur in scatione palliua, pro adiungit vel addit
hoc meis calamitatibus, vel ad meas calamitates accedit malū. i. additū est.

huc accedit. i. addit. p. accedit his. & accedit ad hæc. Ad moueo. Virg. Necdū illis labra admoui. Ad molior illi manū. Accūbo. Maro. Tu das epulis accūbere diuū. & seruata natura ppositiōis. Ci. Vatinūi crimina tēp mensam accūbebat atratus. Assedit mihi. & Salu. Dextra Adherbalē assedit. Aduolutus est genibus. Adiacet Aegypto. Affulsit mihi spes. Puer arripit matri. Mater apprellit eū pectori. Adegit gladium iugulo. Affixit parieti. adhæret lateri

¶ Con.

¶ Coniungo tibi. cōmori tibi cupio. siue tecum. colludo tibi. vel tecū. confero te illi. & cum illo. comparo tibi. & recum.

¶ Sub.

¶ Hęc mihi subdidit. & sibi me. i. subiecit. Quintil. His dictis et alia subdidit. i. subiūxit. subiecit sibi oīa. subiacet fortunæ. subest imperio. subolet mihi. suæ ditioni subiugauit. Subscribo tibi. subscribo tuæ sententiæ. i. approbo. faueo. Succedam tibi.

¶ Ante.

¶ Antefero. Cice. Quū iniquissimā pacē iustissimo bello anteferrē. antepono te oibus. Antecit oibus vel oēs. Salu. Et quū omneis gloria anteiret. oibus tamē charus esse. Cice. in. 9. philip. Sed quū Seruius Sulpitius ætate illis anteiret. & sapientiā oibus antecedit. anteuertit. antecellit oibus. vel omneis.

¶ Post.

¶ Posthabeo. Teren. in Phorm. Nā omnes posthabui mihi res ita vt par fuit. Omnia postpono famæ.

¶ Ob.

¶ Obdo pessulū hostio. Obloqur. obgannit nobis. occinit. obrurbar. Obsto. oppono. obriicio. obmurmuro. oppedo.

¶ In.

¶ In dormis saxis. inuigilas chartis. immoraris lectioni. immoreris literis. in. sudas studijs. Illudo tibi. insulto tibi. qd̄ (auctore Seruio) est inimicos irideo. per cauillationē. Salust. dixit. Multos ab adolescentia bonos insultauerat. Sed hic possit esse significatio alia. uidelicet impetū fecerant. In niteris arū dini. in. ntitur baculo. incumbo studijs. in studia. & ad studia. incubuit in spongiam deletū est. Cice. Ad salutē reip. incūbite. Idē. In hęc studia in qbus estis incumbite. In hio huic rei. & hanc rem. Stautius. Fraternos inhiantē obitus. Plau. Hęc reditātē inhias. quasi efuriens lupus. Apul. Rose virgines matutino rore florebant. his inhians. i. sitienter appetens. Imminet capiti meo. hoc periculum impendet oibus. Instat mihi. instat operi. & Plau. Si magis me instabunt. ad prorem sufferam. Vale. max. Nec mihi cuncta cōplectendi incesit libido. i. inuæ sit ab incedo. Incesso cum accō. p. culpo castigo. reprehendo. Au. Gel. li. 9. Incesit quempiā Taurus philosophus seuera atq; vehementi obiurgatione. Iniecit mihi scrupulum. Incidit mihi lis cum nebulone. Gallina incubat ouis.

¶ Inter.

¶ Intermiscet vera falsis. interserit. & interijcit seria iocis. interfui conuiuio. interuenit colloquio. Intercedit mihi cum illo familiaritas.

¶ Confidendi verba. Fido. confide (auctore Capro) dicimus. fido mihi & cō fido tibi. & fidimus nō confidimus nobis. Credo fidem habeo. facere fidē rei. facere vt rei fides habeatur. Fidē do. polliceor. spōdeo. nubo. Itē hæc. Ignosco. indulgeo. succenseo. irascor. indignor. minor. minor.

¶ Verbum cum duobus datiuis.

¶ Verbum nōnunq̄ constructur cum duobus datiuis. Vt tibi sum. i. ad vsum. quæstui tibi erit hæc res. non est mihi curæ. Magno malo est hominibus auaricia. vel etiam magnū malū. vt exemplo multis eris. vel exemplū. Cice. Sit tibi consularis iste sempiternæ laudi. Hoc tibi laudi ducis. & vertitur tibi vicio. c. edecori. Speras tibi laudi fore. qd̄ mihi vicio ytis. Do tibi hoc pignori. dono.

mutuo. Dedit mihi pecuniā foenori. Venit nobis auxilio, subsidio. Plau. *tr. 2.*
 cap. Nudē amisi, reliquit pignori putamina. Idem in mustel. Quas arrabonē
 tibi dedit. Terē. Ea relicta huic arrabonē est, p. illo argento. Arrabonē veteres
 pignus dixerunt. Idē. Emit eam dono mihi. Vale. Max. Filia ei nuptui dedit,
 deditur noxæ, poscitur supplicio, i. ad supplicium.

¶ Habeo pulchre cū accō & dtō. Habebo hāc tē curæ. i. curæ mihi erit, vel cu-
 rabo. Risiui, derisiui, vel ostentui hominē habeo, p. derideo. Ludibrio me habe-
 tis. Teren. Nolo ludibrio haberi. Despectui me habes, p. despicias. et apud Plau-
 tū sunt, habes me despiciatui, habes frustratui, & Apul. Plautiū° in stilo habet
 in. 2. flo. Habebat indutui tunicā, habebat cinctui balteū, habebit amictui pal-
 lia. In. 9. metā. Aliquid cibatuī parabis. et in. 8. de as. au. Habere venui, p. ven-
 te. Eum vnus rogauit e nostris, haberet ne venui lacte?

¶ Verba passiuā iungunt dtō vel abtō. Doccor tibi, vel a te. Osculor tibi, vel a
 te. Virg. Infert se septus nebula mirabile dictū p. medios, misceatq; vitis neq; cer-
 nitur vili. Quid, Terra tibi nobis aspiciunt aquæ. Ci. Intellexi tibi, p. bari meū
 consiliū. Quintil. Quæ mihi nō approbant, Sic & eos; participia.

¶ Impsonalia cum dtō.

¶ Contigit, accidit, euenit, vsu venit, obtigit, cessit, successit, obuēnit, vertit, ce-
 cidit, bene tibi vertat, male tibi cecidit, i. male euenit. Plau. in trinūmo. Graui-
 ter cecidit stultitia mea. Item hæc, liquet, vacat, placet, displicet, suppetit, expedit,
 licet, certum est, compertum est, operæ precium est, constat, conuenit. Constat
 mihi, i. certum & manifestum est. Hoc mihi tecū constat, i. cōuenio tecum in
 hoc assentior tibi. Li. 1. rhetor. ad heren. Adhuc q̄ dicta sunt arbitror mihi cōsta-
 re cū cæteris artū scriptoribus, p. eodē Constat inter nos. Ci. li. 3. de na. deosq;
 Constat inter oēs esse deos. Et in eadē significatione, Hoc mihi tecū conuenit,
 conuenit hoc inter nos, & conuenit nobis inter nos, i. sine controuersia est, cō-
 sentimus, concordēs sumus in hoc, & pluraliter Nō conueniunt hæc fratri me-
 cum. Ci. de fi. bo. & malor. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Iuena. Sæ-
 uis inter se conuenit vris, & bene conuenit illis, i. concordēs sunt, ita, male con-
 uenit, i. discordēs sunt. Mar. Quū sitis similes pareteq; vita Vxor pessima, pess-
 mus maritus, Miror non bene conuenire vobis.

¶ Assumit nonnūq; dtūs festiuitatis gratia, nihil ad sensum facēs. Terē. Suo
 sibi gladio hunc iugulo. Apul. In suo sibi puoluta sanguine p. flauit animā, in
 q̄bus, sibi, parelcon est, & sic veteres loqui consueuerunt.

¶ Dtūs localis sepe constructi cū ybis motū ad locū significātibus. Vtr. Infer-
 retq; deos Latio, i. in Latiū. q̄ figura (teste Seruio) vs̄rata est apud Virgiliū, qd̄
 eū cū p̄positione p. accū dicimus, ille p. dtūm ponit. Idē in. ix. Et celo clamorq;
 vini, clangorq; tubarū, p. ad coelū. Idē. Aut pelago Danaū insidias, suspectaq;
 dona p̄cipitare iubet, Idē. Iret vt ad muros, vrbicq; aduerteret agmen. Terē. Ex
